


litterae supersunt ex titulo antiquiore. — 1) *Litteris inclinatis partem dedi quae iam non extat, quam habemus semel tantum a nescio quo descriptam.* — 2) *Diovis vocabulum iungendum cum iis quae praecedunt, ut suppleatur: coniugi (Momms. CIL. VI).* — 3) *Intellege: caste facito (Momms.).*

3102 P. Servilio L. Antonio cos.¹ | a. d. IIII k. Sext. | locavit Q. Pedius² q. urb. | murum Iunoni Lucinae³ | HS  | eidemque probavit⁴.

Romae rep. in Esquiliis (VI 358 viderunt de Rossi et Bormann; Ritschl tab. LXXXIX b cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 47). — 1) *A. u. c. 715.* — 2) *Filius consulis a. 711.* — 3) *Aedem Iunonis Lucinae in Esquiliis memorat hemerologium Praenestinum (cf. CIL. I ed. 2 p. 310).* — 4) *Sestertium milibus trecentis octoginta.*

3103 Iunoni Lucin. | Sulpicia Ser. f. pro | Paula Cassia | f. sua | d. d. l. m.

Romae vel prope Roman rep. (VI 361 servavit Fabrettius). Titulus aut libera etiamtum re publica aut sub primis imperatoribus scriptus est.

3104 Bassa Vitelli¹ | [p]ro Q. Vitellio Q. f. filio suo | [Iu]noni Lucinae v. s. l. m.

Romae (VI 359 descr. Smetius). — 1) *Fortasse hic Q. Vitellius quem memorat Tac. a. 2, 48. Alium titulum Iunoni Lucinae dedicatum dedimus supra N. 366.*

3105 .. Mess... f. Stichus | ..nsor, abavos | patris mei¹, | [Iu]noni Populona[e]² | sacrum.

Teani, litteris liberae rei publicae (I 4198. X 4780 descripsit Mommsen; imaginem Ritschl tab. LXXVIII c). — 1) *Dedicationem factam aliquando ab abavo patris sui (sive ut postea dicebant atavo) restituit adnepos. Is ipse nomen suum tacuit (vel forte in alia inscriptione posuit).* — 2) *Sic hic et infra N. 3112, Populonia scriptum est supra 3086. De ipsa dea cf. Preller ed. 3 I p. 279. Cultum eius Teanensem testantur etiam inscriptiones sacerdotum infra N. 3112. 3115.*

3106 Iunoni reginae | sacrum | Lic. Serenianus¹ v. c.² et | Varinia Flaccina c. f.³ | pro salute filiae suae | Variniae Serenae | dicaverunt (in utroque latere astrum).

Alhanje prope Emeritam (Merida), intra provinciam Baeticam (II 1024 saepius descripta). — 1) *Fortasse is qui Cappadociam rexit temporibus Maximini (III 6932 cet.; Cyprianus ep. 73, 40).* — 2) *Vir clarissimus,* 3) *clarissima femina.*

3107 Iunoni reginae | Attius Epiicius¹ v. p.² praeses | prov. insularum³. (In postica) Nil (avis).

In insula Samo, columna, cui videtur signum impositum fuisse, scriptum litteris informibus (III S. 7162 descr. Fabricius, Mommsen vidit ectypum). — 1) *Sic male scriptum, fortasse pro Epinius.* — 2) *Vir perfectissimus.* — 3) *Provincia insularum instituta est a Diocletiano (cf. Marquardt Staatsr. I² p. 548).*

3108 Iunoni monetae regin. | sacrum | [L.] Antonius L. l. Euthetus | et Antonia Dionysia | vot. sol.

Romae (VI 362 descripsit saec. XVII Jac. Spon. auctor accuratus).